Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

scripturarum spem habamus.
Deus autem patientiæ et
solatii det vobis idipsum
sapere in alterutrum secundum
Iesum xpm; ut unanimes
uno ore honorificetis
deum et patrem domini nri
ihu xi. Propter quod suscipite
inuicem sicut et xps
suscepit uos in honorem
dei. Dico enim christum
ihesum ministrum fuisse
circumcisionis propter ueritatem
dei ad confirmandas pro
missiones patrum; gentes
autem super misericordia honorare
deum, sicut scriptum est.
Propterea confitebor tibi in
gentibus; et nomini tuo can
tabo. Et iterum dicit. Le
tamini gentes cum plebe eius.
Et iterum. Laudate omnes
gentes dominum; et magni
ficate eum omnes populi. Et
rursum ysaias ait. Erit
radix yesse et qui exurget
regere gentes; in eum gentes
sperabunt. Deus autem spei
repleat uos omni gaudio
et pace in credendo. ut
abundetis in spe et
virtute spiritus sancti. Gr.
Ex syon species decoris eius
dominus manifeste ueniet. V.
Congregate illi sanctos eius
qui ordinauerunt testamentum
eius super sacrificia. Alla. Rex
noster aduenit xps quem iohes
predicabat agnum esse uenturum.
In illo t. d. i. d. s. Luca.
Erunt signa in sole
et luna et stellis. et in
terris pressura gentium pre
confusione sonitus maris
et fluctuum. arescentibus
hominibus pre timore et ex
pectatione quæ superuenient
universo orbi. Nam uir
tutes celorum mouebuntur.
Et tunc uidebunt filium
hominis uenientem in nu
be cum potestate magna
et maiestate. His autem
fieri incipientibus re
spicite et leuate capi
ta ura: quoniam appropin
quabit redemptio ura.
Et dixit illis similitudinem.